

Z f  
6680

# SEQVESTRUM COELESTE,

V I R O

S U M M E R E V E R E N D O , P R Ä N O B I L I S S I M O  
E T C O N S U L T I S S I M O D O M I N O ,

D N . L U D O V I C O A D O L P H O

Z E C H ,

S E R . D U C I S A X O N I Æ E T P O S T U L A -  
T O A D M I N I S T R A T O R I E P I S C O P . M A R T I S B .

A C O N S I L I H S A U L A E ,

R E I P U B L I C Æ L I P S I E N S I S S E N A T O R I ,  
E C C L E S I A E C A T H E D R A L I S M A R T I S B U R G E N S I S

C A N O N I C O ,

J A M G R A V I S S I M E D O L E N T I ,

Q U O D

U X O R H A C T E N U S D I L E C T I S S I M A ,  
N O B I L I S S I M A E T V I R T U T U M N I T O R E  
I N S I G N I S F O E M I N A ,

J O H A N N A C H A R I T A S ,  
N A T A V V I N C K L E R I A ,

I N S P E R A T A , S E D P L A C I D A M O R T E

D . II . D E C E M B . A N N O M D C C V I I .

S I B I E R E P T A E S T ,

C U M A N T E B I E N N I U M D E S E Q V E S T R O P U B L I C O  
U L T R A J E C T I A D R H E N U M P U B L I C E

D I S P U T A S S E T ,

I N . M E M O R I A M

P R A E S E N T I B U S E L E G I S

R E V O C A T ,

P A T R O N O . & F A U T O R I S U O S E M P E R

O B S T R I C T U S ,

M . G E O R G I U S A N D R E A S V i n h o l d / R E C T O R .

SECHAI



**T**empus erat, quo tristis hiems caligine cœli  
Desuper horrendas fuderat axe nives.  
Quo silet omne nemus; campi sybvaque sepulta,  
Viribus extinctis, & sine fruge jacent.  
  
Cum subito vox dira meas perfertur ad aures,  
Vox nec pugnantis, nec sine Marte tamen:  
Non tua dicetur, tua quæ fuit ante, per orbem:  
Namque meis manibus præda parata manet.  
Non tua dicetur, quæ digna sequentibus annis,  
Haud pateat regnis, o truculenta, tuis.  
Obstupui, pavit atque meum formidine pectus,  
Unde sonus geminus, litis & unde furor.  
Vix bene desierat tanto certamine primus  
Impetus, & rix & turbo resedit atrox.  
Ilicet apparet mihi pallida mortis imago;  
Tetrius hanc monstrum squalidus Orcus habet.  
Squalor in ore sedet, macies in corpore toto;  
Ossibus in nudis corporis umbra fuit.  
Falceque terribilis cædem fatumque minatur,  
Fatalis quoties ingruit hora necis.  
Altera mox blando sese offert lumine Vita,  
Mortales annis accumulare potens.  
Ejus in ambrosto spirabat vertice fulgor  
Auræ vitalis purpureusque vigor.  
Inter utramque trucis discordia semina belli  
Semper, & irarum mutua signamanent.  
Has ego dum lusstro turbata mente per auram  
Prelia miscentes, qua nocitura sibi.  
**ZECHIADÆ** lectum tendebant spicula mortis,  
Ut rumpant suavis fædera facta tori.

**ZECHIA**

**ZECHIA**, virtutum pulcherrima laude marita;

Inter præcipias ter memoranda nurus:

Quæ quasi nuper erat tædas experta jugales,

Poscitur, ad tumulum depositura caput.

Ipsa sed obductata diu, multoque renisus

Quæ sitam stuuit prendere Vita manus.

Pœnitet eximio marcescere flore juventam,

Et pallere negat picta ubella rosis.

Astitit interea Supremas Rector Olympi,

Qui mare, qui cœlum temperat axe poli.

Audit incensos animos contendere secum;

Nec mora, sublimi talia voce refert;

Quæ nunc diffidia, aut quod nunc certamen acerbum

Adversas mentes traxit, in hocco nefas?

Parcite: Nam vobis non fas est ponere fata:

Jam satis irarum diffidiisque datum.

Neutra tenebit eam, quam tota mente petissim:

Nec tu, Mors: pietas nescia quippe mori.

Nec tu, Vita, potes sortem hanc laudare benignam:

Ut cubet in gremio **ZECHIA** nostra ruo.

Namque tenebrose claudet sua lumina nocti:

Nec datur ad senium tendere longa via.

Sic ait: At vita genitrix ardore tenaci,

Tollens ad Summum supplice voce manus.

Sancte Pater, precibus nostris qui flecteris, aurem

Da facilem oranti: **ZECHIA** vivat adhuc!

Vivat, ait, longos vitam producat in annos!

Nutriat in dulci prosperitate suos!

Hoc pietatis honos, hoc sanctæ præmia mentis,

Hoc misitusque pudor cum probitate jubet.

Maxi-

*6X2/1134*

Maximus hac contra. Tua nunc pia vota placent;  
Nostra sed in dubia stant rata fata sive.  
Eso, Tuam virtute proba laudarier, arbor  
Virtuti cælum pulchra corona fieri?  
Nempe sequestrabo secura in sede locatam,  
Cui clupeus constans alaque parta quies.  
Sed nisi Te mea verba moveant, queso adspice iuratum  
Lege tori Socium, resipice prole patrem  
Vita reposcebat suspirans voce, qui l'optat  
Ardentique Dei pectore querit opem.  
Cui Deus: Ille quidem confessus vulnere magno,  
Conjugis amissæ deliciique sui.  
Tempora sed venient, cum compensabitur ingens  
Jactura & damni sarcina dura dati.  
Ipse etenim fas, jura, pium, sanctumque forebit;  
Cum fidei viva tot documenta dabis.  
Quamvis sit viduus viduatus pignore amoris:  
Pro tanto in vivis pignore pignus habet.  
Mensibus exactis, ubi venerit ultima vita  
Clausula, tunc celi regia reddet eam.  
Hec vero interea nostro sub tegmine tuta,  
Quæ nunc in cunis, altera mater erit.  
Dixerat, & placidam sensit per membra soporem  
**ZECHIA:** nam mortem vis inopina tulit.  
Ecce Deus, nostram qui carnem assumxit in ævo,  
Expirantem animam suscepit atque tegit.  
Usque revertatur cum corpore spiritus olim;  
Ac mices eternum redditu Chara Suo.

—  
**CYGNÆ.**  
Literis FRIDERICIANIS.

X 342/1134

nc

Z f  
6680

# SEQVESTRUM COELESTE,

## VIRO

SUMME REVERENDO, PRÆNOBILISSIMO  
ET CONSULTISSIMO DOMINO,

DN. LUDOVICO ADOLPHO

Z E C H ,

SER. DUCI SAXONIÆ ET POSTULA-

TO INISTRATORI EPISCOP. MARTISB.

A CONSLII AULAE,

CÆLIPSIENSIS SENATORI,

CATHEDRALIS MARTISBURGENSIS

CANONICO,

GRAVISSIME DOLENTE,

Q VOD

ACTENUS DILECTISSIMA,

IMA ET VIRTUTUM NITORE

NSIGNIS FOEMINA,

NNA CHARITAS,  
VVINCKLERIA,

ATA, SED PLACIDA MORTE

II. DECEMB. ANNO MDCCPVI.

SIBI EREPTA EST,

NIENNÍUM DE SEQVESTRO PÚBLICO

AJECTI AD RHENUM PUBLICE

DISPUTASSET,

IN MEMORIAM

AESENTIBUS ELEGIS

REVOCAT,

O. & FAUTORI SUO SEMPER

OBSTRICTUS,

GIUS ANDREAS Vinhold Rector.

Farbkarte #13

B/I.G.		Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue	Centimetres	Inches
19												
18												
17												
16												
15												
14												
13												
12												
11												
10												
9												
8												
7												
6												
5												
4												
3												
2												
1												

